



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon  
Prussiae**

**Petrus <de Dusburg>**

**Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679**

Cap. CCXXXIX. De Depraedatione territorium Pastoviae & Gesoviae.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11850**

Conradus de Feuchtwangen X. Mag. Gen. Ord. Teut.

Meneko de Querfurt XII. Magister Prov. in Prussia.

**H**oc tempore in castro Mergenburg fuit frater Gerhardus, qui cum adhuc esset secularis erat de familia Illustris Principis Marchionis de Brandenburg & valde peritus in arte carpentasiorum, quantum ad Instrumenta bellica facienda, quidam talia Instrumenta, quibus & castra & civitates destructae fuerunt, multa fecisset, accidit quādam nocte dum adhuc in lecto jacens vigilaret, quod clausis januis venerunt quatuor viri portantes IV. candelas ardentes, accusantes eum in multis terminibus, & dicebant, quod nisi intra certum terminum vitam suam emendaret, sine dubio filius esset mortis, & in signum evidens hujus facti posuerunt super eum vestem albam, sicut solet poni super funera mortuorum; De quo ille miro modo perterritus, venit ad terram Prusciae, ducens secum vestem illam, & facta professione in Ordine domus Teutonicæ, vitam sanctam inchoans feliciter consummavit.

## CAP. CCXXXIX.

*De*

### Deprædatione territoriorum Pastoviae & Gesoviae.

**E**odem tempore frater Meneko Magister nec dum faciatus incommodo Lethovvinorum, cum centum fratribus & magna potentia Equitum territoria (a) Gesoviae & Pastoviae hostiliter est ingressus, maximo incendio devastando, paucos homines cepit & interfecit & prædam modicam rapuit. In recessu seculi fuerunt Lethovvini & saepius invaserunt fratres. In hac pugna (b) Lesbuto qui ante fuit amicus nunc hostis, irruit in fratrem Heinricum Zutsvvert & ejus dextrarium vulneravit, de quo frater Heinricus commotus ipsum lanceam perforavit.

Ss

Sed

*Conradus de Feuchtvangen X. Mag. Gen. Ord. Teut.  
Meneko de Querfurt XII. Mag. Provinc. in Prussia.*

Sed Lesbuto sentiens sibi mortis angustias imminere, non valens se vertere, sed retrò percutiens, cum gladio dicti fratris Henrici digitum amputavit.

## ANIMA D V E R S I O N E S

(a) Gersoviæ, habet Kojalovvicz.

(b) Alii habent Jesbuto; alii sesbuto, quod etiam apud Dusburgium nostrum reperitur *supra cap. 234.*

## C A P. CCXL.

*De**Vastatione territorii Oikaim.*

Circa festum B.B. Petri & Pauli Apostolorum ejusdem anni, frater Henricus Zutsvverts prædictus, Commendator de Balga, cum XX. fratribus & mille quingentis viris equitavit versus Castrum Sumgedum, & ordinatis insidiis, fratres de Ragazita cum suis armigeris erecto vexillo processerunt ad dictum Castrum, in quo tunc multi hospites fuerunt, qui ex hoc multum indignati, armatâ manu ipsos hostiliter sequebantur; sed fratres magnam stragam fecissent in eis si minus mature suas infidias non rupissent. Quo facto fratres cum suo Exercitu recentes in quodam loco per tempus aliquod quieverunt, & post multos tractatus habitos, placuit omnibus, quod utique manu vacuâ non redirent. Unde intrantes territorium castris (a) Onkaim, devastarunt illud incendio & rapinâ captis ergo & occisis pluribus hominibus cum magno spolio redierunt, sed quia equites hujus territorii pridie iverunt ad clamorem, quem fratres circa Castrum Junigedam excitaverant, solum pedites sequerantur eos, occupantes viam in quadam sylva, quam fratres celeriter pertransentes in quadam campi planicie ipsos invadentes XII. occiderunt, alii in fugam conversi non audebant postea comparere.

ANI-